

DE  
LAVDIMIIS

TRACTATUS AVCTORVM,  
QVI HACTENVS IN EA COMMENTARIOS  
CONSCRIPSERVNT,  
NOVA HAC EDITIONE,

NON SOLVM MENDIS EXPVRGATI,  
*Et politioribus redditi caracteribus.*

SED ETIAM UTILIBVS NOTIS EXORNATI, ET DE  
*Manuscriptis præcipuè FRANCISCI SOLSONÆ nitore pristino restituti;*

PRAEMISSA FVERVNT CAPITIBVS, QVAE ANTEA DESIDERABANTVR  
*Summaria, tumq; subiecta ad vnamquamq; A MÆDEI quæsi. elaborate  
CAR. ANT. BLANCARDI adnotationes.*

HIS ACCESSERVNT INDICES OPPORTVNI QVAESTIONVM, ET RERVVM  
*memorabilium, quibus singula facile ad materiam attinentia reperientur.*



AVGVSTÆ TAURINORVM.

Apud HH. Io. Dominici Tarini, MDCXXIX.

*Superiorum Permissa.*





ILLVSTRISS. ET EXCELL. VIRO  
D. D. IOAN. ANT. BELLONO  
SACR. PED. SEN. PRAESIDI PRIMARIO.

Haeredes Io. Dom. Tarini, Felic.



**X**C E L S I S perpetuò Viris opera dicasse, & labores, non minus laudabile fuit, quam ubiq; receptum; ceterū illud non sine admiratione suspicimus, quòd aliquando bellica togatis, & sagatis aliquando, mūnera pacis fuerint consecrata; cum ex insito aliòqui hominum animis instituto Herculi Clava, Neptuno Tridentes, & Iouis Ferretrij templo, arma fuerint appensa; scilicet; quid verò est, quam, v; quaq; arte præstanti facultatis opera consignemus? Porro quod, nouum est, & hæcenus inauditū, qui in quaq; arte illustriora curauimus pralo nostra subijcere, vix est (vir Excellentiss.) quin probabili hoc argumento, vetustò familiae tuae nomini citra reprehensionis notam dicere semper non potuerimus: nulla quippe facultas, nullavè scientia, qua alicuius Belloni scriptis, non meruerit illustrari; ut propterea hos de Laudimij tractatus, hæcenus dispersos, à nobis unum in volumen diligentia congestos, tibi vel inuiti (vir perfectissime) dicere cogere, libenter præterimus, quòd in multi iuga scientia, de te maximè Bellona Numini, Bellona respondeat familia; illud tamen, non sine geminata impietatis nota omittere veremur, quòd nemini dicatos magis congruere quàm tibi vni, nolens quisq; fateatur: Nimirum ut ius ciuile, summa cū laude profitendo glorioso semper gressu in hac primū vniuersitate pertractasti dum viris in Iuris prudentia superiori tuo illustrioribus Manatio, & Vaudo deim in Parmensem accitus Sfortia Oddo maximo sapientum plausu successisti, ita in iudicando supremis perpetuò Tribunalibus præfectus, antequam excelsam hanc sedem attingeres, ad quam bonorum omnium desiderio, iam pridem vocabaris, velut per gradus sacrum patrimonium, cuius non minimum sunt Laudimia, utrobq; tanta sapientia, & integritate pertractasti, ut qui ad omnia summa natus es, eidem, vel maxime congrueres; Ergo tractatus hosce de Laudimij, non tam Primo Sac. Pedem. Senatus Praesidi Sapientissima, & integerrimo consignamus, quàm aternitati metipsi consecramus, quòd vnicui totius Europa Iuris, & Iustitiæ Antistitis aternaturo nomine decoramus.



# I N D E X

## QVÆSTIONVM OMNIVM, QVAS PRÆSENS OPVS AB AVCTORIBVS

Ex professo agitas continet nouo isto ordine scilicet  
indecem, & octo locos generales dispositas,

VT FACILIVS QVISQVE IN LAVDICIALI  
Materia inuolutus solutionem inueniat.

## L A V D I M I V M.

QVOT NOMINA HABEAT.



*Mad. à Ponte, quæst. 2. fol. 60. Maur. Burg. par. 1. inspect. 1. fol. 172.*

QVOD SIT, VNDE DERIVET, QVO IVRE INTRODVCIVM?

*A Mad. à Ponte, quæst. 1. fol. 59. Maur. Burg. par. 1. inspect. 2. fol. 173. Camill. Borœ. tit. 35. fol. 171.*

*An sit debitum quocumque alio debito grantus, Maur. Burg. par. 3. inspect. 32. fol. 152.*

QVANTVM SIT.

*A Mad. à Ponte, quæst. 4. fol. 60. Maur. Burg. par. 1. inspect. 6. fol. 182. Camill. Borœ. tit. 35. fol. 171. Bertran. à Argentr. cap. 5. fol. 288.*

*Quantitas taxatur considerato valore non totius rei, vel eius affirmationis absolute, sed cum onere subiectionis, & ideo habita ratione utilitatis domini, Amad. à Ponte, quæst. 5. fol. 61.*

*Non augetur ab commoditate in venditione adiecta in gratiam venditoris, sed pars pretij dicantur, ut in pacto de retrovendendo, Amad. à Ponte quæst. 6. fol. 61. Maur. Burg. par. 2. inspect. 26. fol. 209.*

*Quod ex locatione debetur arbitrio iudicis taxatur, Amad. à Ponte, quæst. 34. fol. 83. Ant. Fab. decad. 4. tit. 11. fol. 170.*

*Ex consuetudine regulatur, Maur. Burg. par. 3. inspect. 16. fol. 239.*

*A statuto taxatur, Maur. Burg. par. 3. inspect. 21. fol. 244. ubi quos dictum statutum comprehendat, & an clerici continentur statuto taxanti, vel iubente Laudimij præstationem, Amad. à Ponte, quæst. 51. fol. 97. quando, & ubi sit seruandum dictum statutum, Maur. Burg. par. 3. inspect. 29. fol. 249.*

*De Prædio urbano quod tenetur ab Ecclesia, vel laico succedente Ecclesia præstatur septimum pro Laudimio, Francisc. Solfon. cellul. 1. fol. 12. de prædio autem rustico quintum, idem cellul. 3. fol. 17.*

*De Prædio urbano quod tenetur à laico, vel ecclesia succedente laico soluitur decimum pro Laudimio, idem cellul. 2. fol. 15. de prædio rustico decimum, cellul. 4. fol. 18.*

*De Prædio, quod tenetur per ecclesiam, vel laicum communiter, & pro indiuiso ecclesia pro sua parte recipit septimum in urbano, & quintum in rustico, laicus in utroq; decimum pro laudimio, idem cellul. 5. fol. 19.*

*Emphyteuta forensis possidens prædia intra ciuitatem, & suburbia Barcinonæ, qui laudimium soluit sicut civis, præstat tertium directum si allodium est ecclesie intra bortos, & Vinctum, decimum vero si est laici, idem cellul. 6. fol. 21.*

Medium





FRANCISCI SOLSONÆ  
ANGVLARIENSIS  
Iurium Professoris, Notarijque publici Barcinon.  
LVCERNA LAVDIMIORVM.

ADMONITIO AD LECTOREM.

**S**CIENDVM Auctorem Lucernæ huius Barcinonensem omnia serè ad ius municipale Barcinonæ, & Catalanniæ retulisse, cumque in Notariatus officio versaretur, idè multa ex illo genere, nec non varias formulas huius materie proprias inseruisse, quæ licet priore editione innumeris mendis, infinitisque erroribus scaterent, tamen hæc posteriore editione, omni, qua fieri potuit, maiori diligentia expurgata, atque in rectum ordinem digesta; additaque noua, & fidelissima summaria ad maiorem legentium facultatem, proprijs suis capitulis collectata. Quapropter æqui bonique consulas, quicquid in hoc opere, tui solius commodi gratia à nobis præstitum fuerit.

P R Æ F A T I O.

**V**NC vnum processum aggrediens, Deo Opt. Max. adiuvante, apud quem, (vt habetur Matthæi 10.) omnia possibilis sunt, & eius Beatissima Mater semper Virginæ, quæ teste Dino Bernardo, in serm. de eius natiuitate, si piè à nobis postulata fuerit, & benignè inuocata, nunquam deerit necessitati nostræ, quam sit Regina Cælorum, misericors, & mater misericordiæ, exemplo Iuriconsulti Tertulliani, in l. proponebatur versis, quibus ita præmissis, ff. de Castrens. pteculo. Et insequendo doctrinam liberrimam D. Bartol. in præludjs feudorum in verb. tractatus noster, vbi dicit, quod non ita iam in mensam incipiendæ sunt manus, sed quedam esse faciendæ præludia veluti, vt sentio, connexarum materiarum distinctiones, terminorum, & vocabulorum definitiones, generale quandam, & compendiosam totius materie, de qua agitur, declarationem, & similia secundum materie exigentiam, quia præfationes huiusmodi, vt eleganter voluit Caius. l. 1. ff. de origin. iuris, ad lectionem propositæ materie libentius producant, & præparatoria præmitti debent, vt in d. l. 1. ff. de origin. iur. & in l. ordinarij. C. de rei vindic. & tenet Lason, in verb. C. de reid. idè ego antequam processum hunc incipiam, præludia quedam subijciam maxime ad reus facultentia.

S Y M M A R I V M.

- 1 Bona alia feudalis alia allodialis.
- 2 Bona allodialia propriè dicuntur sua cuiusque, non recognoscuntur quoad reuersionem nisi à solo Deo.
- 3 Allodium dicitur fractum, nulli subiactum seruituti.
- 4 Dicitur sua cuiusque proprietatis.
- 5 Potest etiam dici plerum dominium, seu plena proprietatis.
- 6 Allodium, quasi allodium secundum Budanum, seruum dicitur.
- 7 Allodia habentes recognoscere possunt superiorem in iurisdictione, non in dominio nisi solum Deum. n. 9.
- 8 Iurisdictione, territorium, districtus, sonant in superioritate coactionis, & 45. 46.
- 9 Dominus allodialis supremus dicitur.
- 10 Bona feudalia, quæ dicuntur, recognoscunt superiorem, non possunt vendi sine consensu superioris, in venditione præfertur alij superior.
- 11 In bonis feudalibus transfertur dominium utile, reuera proprietate sub fidelitate, & exhibitione seruicij.
- 12 Gratuito alim exhibebantur militibus.
- 13 Vnde feuda nobilita.
- 14 Bona emphyteusica vero cum certa annua præstatione.
- 15 Emphyteusica dicitur melioratores, & quare.
- 16 Emphyteusica est contractus nominatus.
- 17 In ea non est locus penitentia.
- 18 Requirit scripturam.
- 19 Feudum, & emphyteusica in aliquibus differunt præcipue sex. 20. 21. 22. 23. 24. 25.